Lettres Du Roy Charles

Par Lesquelles il pardonne aux habitans de la Senechaussée de Rhodez tous les Crimes par eux Cy devant Commis et Entre autres L'Usure, et les transgressions aux Ordonnances du Roy sur les Monoyes

Du 23.e Xbre 1389.

Carolus &c.a Notum facimus universis praesentibus pariter Et futuris quod nos attendentes Veram Et inviolatam fidelitatem Zeli que perfecti Bonitatem quas dilecti nostri Consules et habitatores Civitatum Villarum et Castrorum aliorum que Locorum Senescalliae Ruthenensis

ad nos et prædecessores nostros capsis
temporibus integre servaverunt,
Volentes ipsos ea propter Regalis
Clementiæ misericordia prosequi eisdem
Consulibus et habitatoribus eorumque
Singularibus qui a longis temporibus
citra cum inimicis nostris conversaverunt,
eisdemque dictis herneria equos
et alias necessitates ministrarum insuper
proclamationes et ordinationes
super facto Monetarum nostrarum
factas ipsasque transgrediendo effectui
mancipare minime curaverunt, nec
non Senescallis Judicibus Commissariis
aut Servientibus nostris vel eorum
locatenentibus in exercitio officiorum
suorum aut aliter vim intulerunt,
salvas Gardias fregerunt Contractus
usurarios commiserunt plurima
que alia crimina et scelera
perpetrarunt hujusmodi conversationem
administrationem ordinationis

Monetarum nostrarum transgressionem
Vin-gllottam, Salvarum Gardiarum
Fractionem, Usurariorum Contractuum
Fruitionem Et perpetrationem, Et
quævis alia Crimina et Delicta
perdutos Consules et habitatores
et Eorum quemlibet quoquo modo
perpetrata, esto quod in præsentibus
non inferantur, demptis tamen
hæresis Criminibus et Læsæ
Majestatis quæ aliter possunt
perpetrari quam dictum est cum
Omni pœna Corporali Criminali
pariter et Civili quas ipsi Vel
Aliqui Eorum Occasione præmissorum
potuerunt quomodolibet incurrisse
ex nostra auctoritate Regia et
gratia Speciali quittavimus pardonavimus
Et remisimus quittamusque
pardonamus et remittimus per
præsentes ipsos et Eorum quemlibet
ad suam bonam famam et

propter hoc fuerunt aliqualiter
denigrata, Patriamque et Bona
non Confiscata plenarie restituentes
procuratoribus que nostris presentibus
et futuris Silentium perpetuum
imponentes, proviso tamen quod ipsi
Consules et Habitatores et eorum
quilibet a Dictis Criminibus et
similibus de Caetero precavere
tenebuntur, Mandamus Senescallo
Ruthenensi Caeterisque Justitiariis
et Officiariis nostris praesentibus
et futuris ipsorum locatenentibus
et eorum cuilibet prout ad Eum
pertinuerit quatenus dictos Consules
et habitatores et eorumdem Singulares
nostra praesenti gratia uti pacifice
faciant et gaudere ipsos aut aliquem
Eorum in Contrarium Si quae facta
fuerint ad Statum pristinum
et debitum reducant seu faciant
visis praesentibus indilate Reduci.

Quod ut firmum et stabile perpetuo perseveret praesentibus Litteris nostrum fecimus apponi Sigillum.

Salvo in aliis Jure nostro et in omnibus alieno.

Datum Tholosae die vigesima tertia Decembris Anno Domini millesimo trecentesimo octagesimo nono, Regnique nostri decimo.

Per Regem in suis requestis in quibus erant Episcopi Antissiodorensis et Noviomensis Gubernator Delphinatus, Magister Odoardus de Molinis et nonnulli alii de Consilio.

Charite.